bres | Sentini in triclini.[2] domus c. c.[3], numerum habenti|bus sequella eiusdem colleg., ibi referentibus Casidio | Severo patre n. n.[4] et Heldio Peregrino parente: cum sit | oportunum crebris beneficiis et adfectionem amoris | [*erg*]a n. n.[5] exibentibus adsistere et munificentia | [*eo*]rum sicut oportunitas testimonium perhiberet, | [*re*]munerare, igitur si cunctis videtur Coretium Fuscum, | [*sp*]lendidum decurione patriae n.[6] sed et patronum trium | coll. principalium[7] et Vesia Martinam coniugem eius | patronam, sed et Coretiu Sa[*b*]inum filium eorum iam prid[*e*]m | patronos per duplomum a numero n. cooptàtos, nunc tabulam | aeream patronatus eis offerri, ut merito honore pro meri|tis innotescat, q. f. p., d. e. r. i. c. c.[8]: Quod in praeteritum Coreti Fusci patroni Vpsiaesiae[9] Martine | patrone et Coreti Sabini fili eorum erga amore beneficia praes|tita susceperimus, nunc etiam in futurum non dissimilia, quae | nunc sentimus, perpetuo ex domum eorum processura pari adfec|tionem speramus atque ideo consentiri relationi b. b. v. v.[10] Casidi | Severi patris n. n.[4] et Heldi Peregrini parentis et ad remunerandam | eorum benevolentia, quo lautius adque pulchrius digne honorem | sibi oblatum suscipere dignentur, decretum et in tabula aerea | perscriptum eis, qua et a nobis profectum est legatosque | fieri placuit, qui hanc tabulam digne prosequi[11] | Satrius Achilles, Satrius Clemens, | Voesidenus Marcellinus, Vassidenus Verinus[12], | Casidius Severus, Aeldius Primus, Heldius Peregrinus, | Brittius Maximus, Aelius Honoratus, Appolulus[13] Hilarianus, Aetrius | Terminalis, Gavius Felicissimus, Satrius Ianuarius, Casidius Romu|lus, Aetrius Verna[14], Satrius Ursus.

Romam adlata una cum ea quae praecedit, et ipsa sine dubio Sentini reperta, tabula aenea (XI 5749 bis descripta saec. XVII). — 1) *A. 261.* — 2) *Triclinio.* — 3) *Collegii centonariorum.* — 4) *Numeri nostri.* — 5) *Numerum nostrum.* — 6) *Nostrae.* — 7) *Videntur significari collegia fabrum, centonariorum, dendrophorum* (colleg. III *supra N. 1367; t. Asisinas XI 5416). Cf. supra N. 6647. 6691. 6726, cet.* — 8) *Cf. N. 7220 not. 9.* — 9) *Scr.* Vesiae. — 10) *Cf. N. 7220 not. 10.* — 11) *Scr.* prosequantur. — 12) Vassiden. Verus *supra N. 4215.* — 13) Proluius *alterum apographum; fortasse fuit* Appoleius. — 14) *Idem etiam inter fabros, N. 7220.*

Una cum hac et ea quae praecedit videtur reperta esse tabula XI 5750.

7222 L[*i*]menio et Catullino | connss.[1] V idus Apr. | [*I*]ul. Caninio pat. | merent[*i*]ssimo. Prin|cipatus[2] ob splendorem domus | tuae, pat.[3] honori[*fi*]centis|sime, offerimus tibi cunc|ti tesseram pat.[4] | fabri subidiani[5], quem | libenti animo iube[*mu*]s[6] | suscipi offerentes | rectores Clod. Augendus, | Cur. Innocentius, | Iun. Germanus.

Cordubae (II 2211 semel descripta saec. XVII). — 1) *A. 348.* — 2) *Erit fortasse qui 'merentissimo principatus' iungere praetulerit (Huebn.).* — 3) *Patrone.* — 4) *Patronatus.* — 5) *Subaediani, cf. infra N. 7259—7262. 7678; Mommsen bull. inst. 1853 p. 30; Marucchi bull. comunale 1877 p. 257.* — 6) iubens *traditum.*

archive.org